

Andreas Daniel Habichhorst   Lorenz Jetze


**Partis II. Illustriorum Isaiae Locorum Dissertatio Septima De Iuvenca Trienni, In Excidio Moabi Ad Zoar Et Choroniim Relata, Ex Isai. XV. 5. iuxta Germ. XVI. iuncto Jerem. XLVIII. 34.**


Rostochii: Weplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742256863>

Druck   Freier  Zugang







PARTIS II.

ILLUSTRIORUM ISALÆ LOCORUM  
DISSERTATIO SEPTIMA  
DE

# UVENCA TRIENNI,

IN EXCIDIO MOABI

AD

## ZOAR ET CHORONAJIM RELATA,

EX ISAI. XV. 5. juxta Germ. XVI. juncto JEREM. XLVII. 34.

Quam

Auxiliante DEO. Homine & R. F. Cte THEOL. consentiente,  
PRÆSIDE

### ANDREA DANIELE HABICHHORSTIO,

S. Th. D. ejusdemq; PP. & Consiliario Duc.  
Mekelb. Consistoriali, Collegique Proff. Ducalium  
ut & FCris Theol. Seniore,  
Academicae sententiarum collationi

Ad d. 28. Nov. A. 1696 instituende, sistit

M. LAURENTIUS ~~Seber~~ Neo-March;  
Ordinatus Ecclesiae Minister.

Rosto chii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typor,

Magnifico Universitatis Rostochiensis  
p. t. RECTORI,

VIRI Nobilissimo, Experientissimo atq; Excellentissimo;

DN. BERNHARDO  
BARNSTORFIO,

Medic. D. & P. P. celeberrimo, F. C. t. Medicæ Seniori  
& Poliatro Gravissimo,  
ut &

Nobilissimis, Experientissimis, Consultissimis, Prudentis-  
simo & Amplissimis Viris,

DN. JOH. ERNESTO  
SCHAPERO,

Med. D. & P. P. Excellentissimo, ut & F. C. t. s  
suæ h. t. Decano spectabili:

DN. JOHANNI BUKIO,

J. U. Doctori. & Reip. Rostoch. Senat. ori laudatissimo nec  
non Consistorii Duc. Mekelb. Fiscali & Procuratori meritissimo,

DN. GEORGIO AMSELIC

J. U. Doctorando & Comiti Palatino Cæsareo fulgidissimo,

DN. FRIDERICO AMSELIC

J. U. Lic. & Univerf. Rostoch. Secretario dignissimo  
nec non Consistorii jam laudati Procuratori solertissimo,

Dominis Patronis, Promotoribus & Fautoribus suis  
singulariter observandis & colendis,

Disputationem hanc, in sui commendationem, cum voto  
prosperitatis perennaturæ

obsequiasè dicat offertq;

M. Laur. Jbst.

LOC. VII. JSAL. XV. 5. jx. GERM. XVI. 105  
Cui jungitur locus parall. JER. 48. 34.

De  
*Jubencatrienni, in excidio Moabi ad Zoar & Choro-*  
*naim relata.*

DISP.  
VII.



Est *Massa Felesebeth* seu Philistinum, in  
præcedentibus illustratum, incedit jam  
videndum *Massa Moab* h. e. Prophetia,  
qua Moabitibus quoque excidium denun-  
ciatur, qui Jhudæorum quidem vicini  
atque ex Loto consanguinei, infestiores  
tamen ferè, quàm quæcunq; gentes aliæ,

Jhudæis fuerunt. Scimus enim terram illos incolu-  
isse, quæ mari mortuo s. Alphaltitæ & Jordani vicina, illoq;  
mari mortuo ab occasu describitur, quod ad locum Sedo-  
mæ aliarumq; Civitatum cœlitus subversarum apparet:  
Scimus quoq; illos à Moab, quem filia Lothi, Haranis Ab-  
brahami fratris filii, per incestum à Parente suscepit, origi-  
nem traxisse, unde & Moabitæ vocantur *filij Loti* Deut. 2.  
9. *Titulus v.* Prophetiæ hujus apud Jerem. cap. 48 tanquam  
in loco parallelo (qui conferri hîc omnino meretur) v. 47. per  
כנין מבוטא exponitur i. e. per *judicium Moab*, ubi Lutherus  
habet: *die Straffe Moab*. Nam *judicium* hîc pœnale in  
nationem Moabitarum dehinc venturum eiqve denuncia-  
tum continetur. Maximis enim peccatis etiam hic popu-  
lus Deum offenderat: Ut enim majorum delicta prætere-  
amus, quibus non tantùm Israël, cognato sibi populo, tunc  
in terram Canaam profecturo adeoque exuli, panis & aquæ  
convictorium denegarunt: sed & Bileamum sumtuosè ad ma-  
ledicendum ipsi, quanquam irritò planè conatu, conduxe-  
runt. Num. 24, 14. C. 25. 1. quapropter jam olim Deus hos  
R quo

quoque Moabitas inter alios à munere publico in Theocra-  
 tia Jiraëlis exclusit, Dent. 23. 3. 7. 8. ut raceamus ingentem  
 populi idololatriam & idolum à gente cultum, cui *Camosch*  
 erat nomen, Jer. 48. v. 7. & 13. ita ut ab eodem idolo populus  
 iste populus *Camosch* fuerit cognominatus Num 21. 29. & Jer.  
 48. v. 46. ut non memoremus Moabiticum Salomonis Gynæ-  
 cæum, quo sapientissimus ceteroqvi Regum inescatus, di-  
 cto jam idolo *Camosch*, in ipso sanctæ Civitatis Jerusalem,  
 conspectu, ad dextram montis Oliveti, excelsa struxit 1. Reg.  
 11. 7. quæ tamen deinceps sanctus Rex Josias in reformatio-  
 ne destruxit 2. Reg. 23. 13. sanè populus hic non tantum tu-  
 perbo & arroganti atqve insolenter feroci fuit Spiritu, quod  
 insolentis planè factus Moabitici crimen præ ceteris notant  
 Prophetæ, tum noster *Isaias* c. 16. 6. tum quoque *Jeremias*  
 in versu parallelo 29. cap. 48. ubi qverelam Prophetarum  
 Lutherus noster perquam graviter, & quidem apud *Isaiam*  
 his exprimit verbis: *Wir hören von dem Hochmuth Mo-  
 ab/ daß er fast groß ist (in fonte sehr groß) daß auch ihr Hoch-  
 muth/ Stolz und Zorn grösser ist/ denn ihre Macht/ & ap.  
 Jerem. h. m. Man hat immer gesagt von dem Stolz Moab/  
 daß er sehr stolz sey/ hoffärtig/ hochmühtig/ trotzig und über-  
 mühtig: sed & in hac insolenti planè superbia eò impieta-  
 tis processit, ut non modò contra Dominum, Deum quoq;  
 Patrum suorum, se efferret ac magnificaret, על יתרה, ויהרהר,  
 uti loquitur *Jeremias* l. c. v. 26. sed cognatum quoq; po-  
 pulum *Jraëlis* vel affligeret, vid. *Jud.* 3. 14. vel etiam bellis infe-  
 staret 2. *Chron.* 20. 1. vel ab *Assyris* aliisve afflictum non siccis  
 tantum oculis aspiceret, sed & hostibus *Jraëlis* applauderet,  
 miserèq; deportatos irri deret, imò & profugos *Jraëlitæ* ex-  
 truderet, non secus ac si inter fures populum *Jraëlis* reperisset,  
 ceu *Jeremias* denuo loquitur c. 48. v. 26. 27. Conf. & *Isai.**

§. 4. item Sophon. 2. v. 8. & 10. Adde & Amos. 3. 1. ubi præterea singulare Moabi peccatum memoratur, quo ossa Regis Edomitarum, in bello fors capti, in calcem combussit. Inde ergo fundi Moabitici calamitas, inde *causa* præsentis *Massa Moab* h. e. Prophetiæ, quæ Moabitis ultio gravissima, non tam in superbi hujus populi terrorem, quàm in Israelis solatium, denunciatur.

§. 2. Duobus verò capitibus hoc *Massa Moab* in fonte Ebræo proponitur, vel à Propheta propositum distinguitur, scil. cap. 15. & 16. quæ tamen duo B. Lutherus uno capite 16. propter materiæ connexitatem, est complexus, sicut is ipse præcedens caput 14. propter materiæ diversitatem in duo, scil. 14. & 15. distinxit, ita tamen ut distinctos capitum horummet duorum 15. & 16. versus, prout in fonte numerantur, retinuerit. Priori verò capite prædicatur ipsum Moabi excidium: posteriori continetur *consilium* circa excidium & similia. Ad excidium quod attinet, Propheta priori capite prædicat excidii tum *objectum*, tum *effectum*. Ad *objectum* excidii Moabitici pertinent (a) *urbes* excidendæ, ubi nominantur *Ar* & *Kir* Moab, *Baijeh* & *Diben*, *Nebod* & *Medba*, *Cbesbon* & *Eleale* & *Jahaz*, *Luchitb* & *Choronaim*, *Eglaim* & *Dimon* v. 1. 2. 4. 5. 8. & 9. ut taceamus *Kir-bareseib* ac *Sibma*, *Jaiser* & *Kir-bares*, quarum seqv. c. 16. v. 7. & seqq. habetur mentio (β) *agri* devastandi v. 6. (γ) *bona* diripienda v. 7. (δ) *populus* abducendus & occidendus v. 7. 8. & 9. Deinde ad *effectum* excidii refertur tum *ejulatus*, tum *fuga*. Prioris scil. *ejulatus* & *planctus* designatur hic (a) *subjectum*, quod fuerunt *integra* communitates v. 2. *singula capita* ibid. *armati* v. 4. *profugi* v. 5. & ipse *Propheta* ibid. (b) notantur *locæ*, sc. *sacra* v. 2. *placida* v. 3. *testa domuum* ibid. *via* & *compita* v. 5. posterior excidii Moabitici effectus est *fuga* reliquiarum v. 5. Circa utrumq;

R 2

effe:



Effectum excidii, scil. *ejulatum & fugam* Moabitarum, dicto versu 5. ut & loco parallelo Jer. 48. meminit quoq; Prophe-  
 ta vitula 6. *juvenca triennis*, ita hinc in fonte habens; לבי למואב  
 כרחה ער צוער עגלת שלישית h. e. juxta Luth-  
 erum: Mein Herd schreiet zu Moab / ihre Flüchtigen fliehen  
 von der dreijährigen Kuh bis gen Zoar. Vel. juxta fontem:  
*Cor meum ad Moab clamabit, profugi ejus usq; ad Zoar, vitula tri-*  
*ennis.* Cum verò sensus dicti non adeo pateat, sed multis sit  
 dubiis expositus, imò &, judice B. Varonio, in Comment. Jsa.  
 part. 2. h. l. p. 75. *textus hic Propheticus facile sit inter difficilio-*  
*res*; haud absre fuerit, si de istoc paulò pluribus hinc diffe-  
 ruerimus. Ut v. obscurum loci hujus simulque paralleli e-  
 jus sensum dilucidemus, aliquot nobis quaestiones evolven-  
 dae veniunt. Quæritur enim (1) quisnam h. l. *Orator*, dicens:  
*Cor meum ad Moab clamat &c.* (2.) Utrum Zoar, cui hinc sub-  
 jungitur *juvenca triennis*, sit Moabica civitas; an v. illa *Jhudai-*  
*ca*, per preces Loti servata, cum vicinæ, Sodom &c. subver-  
 terentur? Et quid de *Choronaim* habendum, ad quam ju-  
 venca triennis ap. Jerem, refertur? (3.) Quid per עגלת  
 שלישית h. e. *juvencam s. vitulam triennem*, ceu communiter  
 redditur, hinc intelligatur & quomodo illa se *juvenca* ad ci-  
 vitatem Zoar h. l. apud Isaiam, item ad *Choronaim* apud Je-  
 remiam habeat, quibus immediatè subjungitur, cum ap.  
 Isai dicitur: *profugi ejus ad Zoar, juvencam triennem*; & ap.  
 Jerem. à Zoar ad *Choronaim, juvencam triennem*? (4.) Quid  
 sibi velit *ascensus Luchith & via Choronaim*, quæ h. l. an-  
 nectuntur? (5.) Quomodo *Luchith & Choronaim*  
 hoc versu 5. aliæque Civitates interamnes (inter Jordanem  
 scil. & Arnonem fluvios) ut *Geshon, Eleale, Jahaz &c.* præ-  
 ced. versu 4. & sqq. nominatæ, ad Massa Moab five terram  
 Moab, horribili excidio destruendam, referri excidiumque  
 illis

illis Civitatibus tanquam Moabiticis denunciari queat, cum Civitates illæ fuerint Jfraëlis non Moabi, quippe quas Jfraëlitæ, Jordanem transitori terramq; Canaan occupaturi, jussu Dei Amorrhæis eripuerunt, juxta Num. 21. 24. 25. Tribuiq; Ruben & Gad assignarunt? Vid Num. 23. v. 1. 3. 33. 37. Dent. 5. 16. Jhof. 13. 8. 9. Quibus pro obscuritate loci tollenda evolutis, tandem *usus* breviter subjungetur.

§. 3. Circa 1. quæstionem: ecquis h. l. sit *Orator* dicens: *Cor meum ad Moab clamat*? Interpp. quidem in eo conveniunt, quod *Propheta* sit h. l. *orator*; utrum v. in *persona representata*, strenuorum scil. Moabitarum; an v. in *propria* sit *Orator*? dilquirunt. Prior sententia ex nostratibus est D. Seb. Smidii, Comment. in Jsaï. h. l. p. 156. dicens: *Præferendum videri, quod Propheta hoc faciat in Persona Moabi, vel ploret b. e. ploratum prædicat.* Similiter Calvinus in Comm. Jsa. h. l. p. 137. dicens: *Suscipit ipse Propheta dolentis personam.* Et post pauca: *Est autem hujusmodi mos Prophetarum, ut personam illorum induant, quibus calamitates prædicunt & eorum conditionem tanquam in theatro representent; sic enim magis afficiunt, quam si simplici tantum doctrina uterentur.* Succinunt Patriarchæ suo Jun. & Tremellius in notis, quorum verba inferius visuri sumus, & acclamant alii apud *Vatablum* in notis ad Bibl. reddentes: *Cor meum clamat* (non ad, sed) *in Moab*, q. d. *Moabita jam in corde meo videntur mihi vociferari, i. e. scio & sentio in corde meo, Moabitas vociferaturos.* Verùm Calvinus reclamatur *Musculus* fidei socius, Comm. Jsaï. h. l. p. 257. dum verba hæc Prophetæ *in propria* loquenti tribuit atque ita exponit: *santam calamitatem prævideo futuram, ut nequeam non ex corde clamare ad gentem hanc Moabiticam.* Nos quoq; Prophetam in *propria* hîc *persona* loqui censemus; Nam (1.) *Orator clamans* disertè hic con-

tradistinguitur Moabo, ad quem vel de quo vel propter quem is vociferatur & conqueritur, cum dicitur: *Cor meum* מִיִּמֹיךָ i.e. ad Moab, vel propter Moab, uti Vatablus cum Anglic. exponit: q. d. *me miseret Moabi*. Adeoq; *sireni Moabitarum* clamantium non repræsentantur in persona Prophetae dicentis: *Cor meum clamat ad Moabum*; sed in Moabo, ad quem vel propter quem Propheta hic orator clamat. Deinde & *contextus insequentibus* favet: Similiter enim seqv. c. 16. II. Jsa. as noster dicit: *Propterea cor meum a l Moab velut tibia sonabit & intestinum meum ad Viros Kirbares*. Confirmant nos *Parallelæ*: Eandem enim *Sympathiam* erga Moabitas videmus in Jeremia c. 48. v. 5. 31. 34. 38. Consentit B. Varenus Comm. Jsa. h. l. p. 75. dicens: *Propheta est Orator in persona propria*. Ratio: *Orator clamans, Moabo contradiſtingulus*; Et paulo antè: *tanti doloris & clamoris Moabici prævisio ipsi Propheta expressit Symphoniam patheticam, vel, uti idem paulò post loquitur, Sympathiam Propheticam*. Neque obstat, quod Calvinus l. c. nobis movet, dubium dicendo: *Mirum id videri atq; alienum ab ipso Propheta, quod Moabitarum calamitatem deploret, eò quod Ecclesie clades Prophetam potiùs movere; gaudio verò hostium interitus afficere deberet*. Rectius enim Musculus l. c. hic ait: *Vides animum Prophetae ad compatiendum perituris, etiam impiis, proclivem*. Non delectatur Propheta *perditione hominum, quantum vis inimicorum*. Et Sanctius l. c. ad h. l. Est, inquit, *piorum hominum, inimicorum in commodis commoveri*.

§. 4. Ad quæst. II. Utrum Zoar, cui subjungitur hic *juvenca triennis* (cum dicitur: *profugie ejus fugient usqve ad Zoar, juvencam triennem, ceu Vatablus reddit*) sit Moabitica civitas; an v. illa sit *Jhudaica, precibus Loti quondam servata, cum vicinæ civitates, ut Sodom &c. subverterentur*; item quid de *Choronaim* habendum, cui *juvenca triennis* in loco paral-

parallelo apud Jeremiam subjungitur? Ravanellus in Biblioth. sua ad vocem *Zoar* respondet affirmando prius, sc. *Zoarem* esse *Moabiticam*, non *Jhudaicam*: dicit enim, *jalli eos, qui existimant, in locis Deut. 34. 4. Jsal. 15. 5. & Jerem. 48. 34. Zoar esse eam, ad quam se recepit Lot è Sodom fugiens*. Nos autem rationes non videmus obstantes nobis contra statuentibus, *Zoarem* hinc & l. c. Deut. 34. 4. esse eam, quæ *Sedomæ* propinqua & *Loti* precibus è communis *Sedomæ* aliarumq; Civitatum incendio servata, & antea quidem *Bela* est dicta, sed postea *Zoar* vocata, quia *Lot* de illa dixerat: *זוֹרַרְיָה* i. e. ipsa est parvitas i. e. admodum parva. Ebræum enim *Zoar* est à *Rad. זוֹרַר* parvus fuit, Conf Gen. 19. v. 20. 21. item cap. 13. 10. & c. 14. 2. 8. Nam (1.) locus Deut. 34. 4. à *Ravanello* citatus, nostram potius sententiam firmat, cum dicitur *Mosen* moriturum jussu *DEI* è campestribus *Moab* adicendisse ad montem *Nebo*, in verticem *Pisga*, qui est è regione *Jericho*, & *Dominum* ipsi inter alia in monte illo ostendisse meridicam versus vallem *Jerichuntis*, palmarum urbis usq; ad *Zoar*, & dixisse: hæc est terra, quam jurando promisi *Abrahamo* & semini ejus. Ex dictis enim patescit, ibi per *Civitatem Zoar*, intelligi illam, quæ (1.) ex monte *Moabico* conspecta est in *Jhudæa* versus meridiem (2.) quæ ad tractum *Jericho* spectat, vel è regione ejus spectatur ultra *Jordanem* (3.) quæ ad terram promissionis pertinet. Atqui hæc omnia illi competunt civitati, quæ propinqua fuit *Sedomæ* *Lotiq;* precibus servata; non v. alii cuidam *Zoar*, quæ in terra *Moabitica* cis *Jordanem* sita *Ravanello* videtur, quamvis nullibi appareat. Neque obstat (2.) quod hinc *Jsal. 15. 5.* in *Massa Moab* *Moabitæ profugi* dicantur ad *Zoar* fugisse s. clamasse, & *Ierem 48.* à *Zoar* usq; ad *boronaim* vocem dedisse: Non enim hinc sequitur, quod *Zoar* sita sit inter.

ra Moab, vel quod Zoar annumeretur civitatibus Moabiticis, uti Ar, Chesbon & aliæ in hoc Massa nominatæ; sed hoc potius sequitur, quod, quia Moabitæ in tanto Patriæ excidio ad Zoar tanquam ad asylum profugerunt, zoar non in Moabitide sed extra illam fuerit sita, ubi tutiores fore profugi videbantur. Neque sequitur: juxta Jeremiam à zoar usq; ad *Choronaim* dederunt vocem profugi Moabitæ, Ergo Zoar, à qua clamant, civitas fuit Moabitica, uti *Choronaim*; sed id tantum sequitur: Ergo clamor Moabitarum per omnes plagas, à fine uno ad alterum auditus. Conf. v. 8. Jlai 15. juxt. Germ. 16. item: Ergo Zoar, ad quam profugerunt Moabitæ non omnino nulli & à qua fugientium clamor resonuit usque ad *Choronaim*, non procul à terra Moab sed in vicinia vel ad terminos ejus sita fuit, quod concedimus. Uti enim terra Moab cis jordanem (prout in Tabulis repræsentatur) ad mare mortuum ripasque jordanis in littore utriusq; orientali sita est: Ita Zoar contra, (ad quam Lotus è Sedoma fugiens serecepit) trans Jordanem ad idem mare mortuum, in littore ejus occidentali, ad dextram maris (venientibus scil. à Jericho) sive ad partem ejus Borealem apparet. *Lichtfootus* quidem in *Horis Ebraicis*, Zoarem illam in australi maris illius termino, juxta montem *Seir*, adeoque & *Sedoman*, quæ Zoar valde propinqua erat (uti ex Gen. 19. 20. constat) in eodem tractu statuit; sed à peregrinantibus & testibus *אַנְרַתַּי*, refutatur. Quotque veniunt ad oram maris hujus pervenerunt, illi statuatim salis (in quam uxor Loti Sedomam respiciens conversa est, quæque inter Zoarem & mare mortuum sive Sedomam danda) non in Australi sed Boreali maris illius parte s. ad dextram esse sitam testantur. Ita enim *Mart. à Baumgart*, peregr. lib. 2. c. 12. refert: *ad dextram maris mortui* (venientibus scilicet à Jericho) est *civitas Segor* (ita vocatur Zoar ex versione

LXX, quam Vulgatus sequitur) pro qua precatuſ est Lot, Gen. 19. eamq; ſole ſaper terram egreſſo ingreſſus legitur. Sub hoc oppido ſerè itinere medio videtur uſq; hodie ſtatua ſalis Eſc. Et Borchartus in Deſcript. terræ S. l. 1. c. 7. S. 34. Poſt Jericho, inquit, contra Auſtrum ſub monte Engad oppidum Segor (Zoar) inter q; illud & mare mortuum ſtatua ſalis Eſc.

S. 5. Igitur Zoar ad Borealem maris mortui partem trans Jordanem ( ſcribimus hæc quaſi in terra Moab degeremus & cum Iſraëlitis in terram Canaan tenderemus) adeoque non procul à terra Moab ſpectatur ( hæc enim ad orientalem Jordanis marisq; mortui ripam ſita eſt) quicquid Lichtfootus ogganniat, qui præterea duas quoq; Zoaras fuiſſe credit, alteram quidem Jhudaicam, Loti precibus ſervatam trans Jordanem Gen. 19. 20. 23. de cujus ſitu hætenus quæſitum; alteram verò Moabiticam cis Jordanem, quæ noſtro Iſaiæ loco, juxta Lichtfootum nominatur, cui *Ravanellus*, uti ſuprà jam relatum eſt, ſuffragatur, Equidem negari non poteſt, tabulas quædam Chorographicas (quas inter nominamus tabulam illius de Witte) Zoaram quoque in terra Moab oſtendere, verſus Edomæam ſ. meridiem, ad torrentem *Zareib* ſitam & miliaribus aliquot à mari mortuo diſtantem, inter quam & mare mortuum alia adhuc civitas *Zave*, ad illum torrentem, in iſdem tabulis apparet: quarum auctores haut dubiè noſtro & parallelo Jeremiæ loco videntur inducti, ut in terra quoque Moab civitatem quandam ſub nomine Zoar locarent: Si verò antiquos conſulemus Geographos alioſque recentiores, nullam ſanè aliam hos agnoſcere Zoarem, præter hanc, quam Palæſtina habet, mari mortuo à parte Boreali vicinam, quæ non una cum Tetrapoli (cujus nomina videantur

tur Deut. 29. 23.) combusta est, deprehendemus. Quod verò locus noster in Massa Moab ejusq; parallelus apud Jeremiam, si rectè inspiciatur, commodè satis de Jhudaica Loti possit explicari, ut novam in terra Moab fingere non sit necesse, satis jam ex paulò antè dictis constare putamus. Suffragatur nobis hîc *B. Varenius* noster, quando in Comment. Jsaï. h. l. p. 77. statuit, consilium fugæ his ap. Jsaïam verbis (*profugi ejus usq; ad Zoar &c.*) Moabitis dari, eoq; respectum haberi ad factum Loti Patris Moabitarum, qui tempore excidii Sodomitici ad Zoar fugit, eamq; asylum impetravit, Gen. 19. 20. 19. de quo tamen consilio quæ nobis sententia sedeat, infra dicitur. Similiter *Musculeus* in Comm. h. l. p. 257. ubi: Zoar, inquit, est Civitas illa, quæ dabatur Loto de Sodomis egresso. Neque *Sanctius* dissentit in Comm. h. l. p. 172. dum illam non valde dissimilem aliis dicit civitatibus, quæ ultricibus flammis sunt consumptæ, quæ admodum loca alia proxima Sodomis amœna sunt, ut probant borti Engaddeni, qui non longè absunt. Neque abnuunt *Jun. & Tremellius* ad h. l. dum ita illum exponunt: *Tam magnâ voce contendo, ut mea vox ipsos Moabitarum terminos & lacum asphatitem mortuum prætervolans Judæam quoque personet, quæ Zoare terminatur,*

§. 6. Hactenus de Zoar. Jam quæritur, quid de *Choronajim* habendum? de qua parallelus apud Jeremiam locus c. 48. 34. ita: *à Zoar usq; ad Choronajim &c.* Hîc verò non possumus non fateri, defectum accuratæ veteris Geographiæ cognitionis responsionem reddere obscuriorem. Videtur tamen ex inspectione tum formæ nominis *Choronajim*, quæ dualis numeri est, tum contextus & paralleli, respondendum esse (1.) duas fuisse civitatis hujus Moabiti-  
cæ, quæ in singulari *Choron* diceretur, partes (sicut & *Hieronymus*

ronymus in cap. 15. Isai. tradit) quarum altera juxta non-  
 nullos superior, quæ in colle fors condita fuerit; altera in-  
 ferior infra collem; quæquam ob stare videtur locus Jerem.  
 48. 5. ubi Choronajim ut humilis locus describitur, ceu in-  
 fra ad posterius loci nostri membrum dicitur. Alias vero  
 in Palæstina duæ dantur civitates, *Choron* dictæ, sed cum  
 voce constructa *Beth*, quæ domum significat, compositæ.  
 Scilicet altera *Beth-Choron superior*, in tribu Ephraim,  
 Jhos. 18. 14. quæ postea Levitis assignata est, Jhos. 21. 22. al-  
 tera *inferior* in tribu Benjamin sita, vix duobus à Jeruscha-  
 lem miliaribus distans; quæ tamen non una, uti h. l. sed duæ  
 distinctæ & à se invicem aliquot miliaribus distantes sunt  
 civitates, Jhos. 16. 3. & 5. (2.) Choronajim esse civitatem  
 in humili loco sitam, ex qua ascenditur ad *Luchith* in clivo  
 positam, & ad quam descenditur ex *Luchith*, quia Jerm.  
 48. 5. dicitur: quia (per) adscensum *Luchith* in fletu ascen-  
 dent, quia (in) descensu *Choronajim* clamorem boabunt, de  
 quibus infra quæst. 4. In qua vero *Moabitidis* parte sita fue-  
 rit Choronajim? quæritur. Respondemus ergo (3) quod  
 ex verbis Jeremiæ: à *Zoar* usq; ad *Choronajim*, colligendum  
 videatur, Choronajim fuisse sitam in finibus Moab ad ori-  
 entem meridionalem, versus torrentem Arnonem, quia  
 civitati *Zoar*, ad occidentem & trans Jordanem sitæ hîc  
 opponitur; sed ex causa jam dicta nihil definimus. Interim  
 tamen in nova quadam terræ sanctæ tabula, quam de Wita  
 edidit, in tribu Ruben non procul à metropoli Chesch-  
 bon, in regione interamni hæc civitas locatur, de qua re-  
 gione, olim Regis Emoræi, infra quæst. 5. Quid v. Jeremias  
 significare velit, cum dicit: à *Choronajim* usq; ad *Zoar*, ex de-  
 ductione seq. primariæ quæstionis clarescet.

§. 7. Quæriur enim III. de *Juvenca trienni*, quid  
 sibi



fibi velit, & quomodo hæc in præfenti vaticinio ad Civitatem Zoar se habeat, cui immediatè subjungitur, cum in fonte dicitur: עַרְעַר עַל צוֹר עֵלְיָהוּ i. e. profugi ejus usque ad Zoar, vitulam triennem, uti Varablus reddidit; vel uti Lutherus: Ihre flüchtigen fliehen von der dreijährigen Kuh biß gen Zoar. Ubi responsionem reddidit operosiores sensumque ejus obscuriorem (1.) ambigua vox עֵלְיָהוּ quam nonnulli, ut Jun. & Trem. vertunt: *vectes ejus* sive *clausura ejus* i. e. munitiones limitaneæ, quæ sunt quasi vectes regni; alii verò *profugi ejus*, אֲרָחָה *fugit*, qui profugi hæctenus haberi vectes Patriæ, i. e. primores s. Magnates potuerunt. Difficultatem quoque (2) parit defectus verbi, cum quo nomen אֲרָחָה i. e. *vectes ejus* s. *profugi ejus*, construendum. Quæritur enim, an verbum illud cum Luthero & aliis ex dicto jam nomine *profugi* supplendum per *fugiunt h. m.* Ihre flüchtigen fliehen & c. an verò præcedens verbum פָּיַי i. e. *clamavit*, *vociferatus est* (quod sæpius cum cognatis: *ejulare* & c. in præcedd. & seqq. legitur) repetendum, h. m. *profugi ejus vociferantur usq; ad Zoar.* (3) difficultatem auget absentia nexus inter Zoar & *juvencam triennem*. Unde quærent Interpretes, quò referenda sit *juvencam triennis*? utrum ad Civitatem Zoar, an verò ad fugiantium clamorem s. clamantes? id quod diversitas interpretationum satis ostendit. Siquidem illi, qui post vocem אֲרָחָה i. e. *profugi ejus*, nominis illius verbum (*fugiunt*) suppleant, illi inquam, *appositionem* hinc inter *juvencam triennem* ac Civitatem Zoar statuunt, ita ut Zoar comparetur *juvencæ trienni* h. e. *formosæ & robustæ*, quæ integri est vigoris, et neque partus labores neque jugum sensit, sed liberè exultat, lascivit ac pinguis est. Ita acceperunt Hieronymus, Cyrillus & Basilius; ita quoque sentiunt Calvinus in Comment h. l. & Varablus in notis

tis ad Bibl. h. l. nec non *Sanctius* in Comment. h. l. p. 172, ubi inquit: *Mibi certum est, vitulam triennem esse appositam civitatis Segor, (ita LXX. & Vulgata hinc & in loco parall. Jer. 48. civitatem Zoar appellant) & post pauca: appellatur autem Segor vitula triennis præter ceteras urbes Moab, quia pulcherrima erat, non valde dissimilis aliis civitatibus, quæ ultricibus flammis consumptæ sunt* Ec. Eodem collimant LXX. qui post vocem *זואר* h. e. Zoar, ita habent: *דאגגאס זואר אסי רעתיס* h. e. vitula enim triennis est. Alii verò, qui præcedens clamandi verbum hinc repetunt (ut Anglicani, *Museus, Glossius* in Rhet. S. Tr. i. c. 11.) juvencam triennem referunt ad clamorem fugientium i. ad clamantes, ita ut simul ellipsin particula similitudinis *די. e. sicut*, hinc admittant, hoc sensu: *profugi ejus vociferantur (boant) sicut juvenca triennis, quando scilicet à foetu recens nato separatur s. fugatur, vel à pascuis ad stabulum currit. Ulterius (4) responsionem hanc difficiliorem reddit, quod in parallelo Jerem. loco c. 38. 34. voces quæstionis (juvenca triennis) non ad civitatem Zoar, uti apud Isaiam, sed ad Chrononajim (de qua præcedente §. 6. dictum) referatur, vel non cum Zoar sed cum Chrononajim jungantur, cum dicitur: *עיר חורוניים עגלת שלושיה* h. e. à Zoar usq. ad Chrononajim, vitulam triennem. Quæ differentiâ textuum moti Interpretes quidam, voces quæstionis non ad civitatem unam, sive Zoar sive Chrononajim, sed ad regionem Moab referunt. Ita enim *Calvinus* in Comment. h. l. *quanquam si quis de tota regione Moab accipere velit (quod scilicet vitula sit triennis) non repugno; nam generaliter loqui videtur Jeremias c. 48. 34. qui tamen complures sententias ex nostro Propheta Isai mutuatur. Et Forerius: sic, inquit, vocat regionem Moab, ob pinguedinem & fertilitatem soli. Similiter D. Seb. Smidius in Coment. Jerem. ad l. c. p. 837. cujus verba inferius §. 10.**

citantur. Imo & Lutherus ipse hic in marginali glossa ad voces Germanicas: Von der dreijährigen Kuh / fertilitatem regionis Moab laudat & per juvenecam triennem intelligit Moab, dum ait: Moab heißt er eine dreijährige Kuh / darumb daß es ein sein Landreich Voldt war / wie eine junge Kuh fruchtbar ist und viel Milch gibt. Eadem Lutherus habet in margine loci paralleli Jerem. 48. 34. Nec (5.) obscuritatem non auget, quod hic apud Isaiam terminus ad quem sive fugæ sive clamoris dicatur Zoar in verbis: *profugij ejus* (fugiunt) *וּעַר-צוּעַר*. c. usq; ad Zoar; sed apud Jerem. c. 48. terminus ad quem statuatur *Choronajim* & terminus à quo Zoar, cum dicitur: à Zoar usq; ad *Choronajim*. Tandem (6.) responsionem adhuc operosorem reddit *B. Vareni* nostri interpretatio, in Comment. Isai. part. 2. p. 76. & 77. quippe quia ille à præcedentibus hic planè recedit. Primò enim non simpliciter quidem secundariam (ceu vocat) significationem vocum quæstionis, scil. *vitula triema*, repudiat; primariæ tamen, ceu loquitur, insistit, qua vocem *עגלה* per *circulum* s. orbitam interpretatur, ita ut neque Zoar hic apud Isaiam, neque *Choronajim* apud Jerem. c. 48. dicatur *עגלה* in casu recto (quod sc. sit vitula triennis s. circulus tertianus in Nominativo) sed obliquo scil. Genitivo, ut ita Zoar juxta illum sit civitas terminalis *orbite illius tertiane* s. *tractus circularis tertiane* inter amnis, inter Jordanem, Jabocum & Arnonem fluvijs, uti terminus alter *Choronajim*, cujus Jeremias meminit c. 48. Sive à tribus illis fluvijs *circulus tertie* vel *tertiana* dicatur, Germanicè: Das *Grang-Städlein des drei-Kreyßes*; quanquam simul concedit, Zoarem ob stupendam lætorum pasuorum segētumque excellentiam dici posse *vitulam tertii* scil. anni, eo sensu, quo Ægyptus apud Jeremiam præced. c. 46. 20. *עגלה יפה* h. e. *vitula perpulchra* vocatur. Deinde hic à Pro-

à Pro-

Propheta consilium Moabitis, de fuga ad Zoar usq, tanquã ad asylum in Judæa, cujus ibi terminus dari contendit, consiliumque illud respectum habere dicit ad factum Loti, Moabitarum profatoris, qui ut excidium Sodomiticum effugeret, Zoarem asylum impetravit Gen. 19. 21. 22. adeoque tandem hunc putat esse verborum quæstionis sensum, consilio fontium proximè convenientem: *Cor meum* (verba sunt Prophetae) *inclamat Moabum* (hoc modo) *profugi ejus* (fugiunt) *ad usque Zoar, circuli tertiana* s. quæ Zoar terminus est unus illius tractus circularis interamnus sc. inter Jardanem, Jabocum & Arnonem, uti alter *Choronajim*. In tanto dubiorum cumulo & sententiarum divortio, quis non ambigeret, quò se verteret, quidve ad quæstionem de juvenca trienni responderet? an referret voces quæstionis עגלה שלישיה h. e. *vitulam triennem* (uti communiter redduntur) ad civitatem sive Zoar sive *Chonorajim*? an verò ad *clamorem* fugientium Moabitarum? utrum sic redderet: *Profugi ejus* (fugiunt) *usque ut Zoar, vitulam triennem* (à fertilitate s. pulchritudine sic dictam) an verò ita vertere mallet: *profugi ejus* (vociferantur) *usque ad Zoar* (sicut) *juvenca triennis* (vociferatur, à foetu scil. separata) An denique *Varenianam* interpretationem, de consilio fuga ad Zoarem, civitatem *orbis tertiana terminalem*, amplectendam esse, responderet?

§. 8. Liceat verò nobis, quid de interpretationibus sentiamus, *ἀνευ ἀπορίων* profiteri: Servile enim Viroque ingenuo semper indignum ducimus, brutorum instar cæco duci obsequio & in verba Magistrum jurare. Ideoque ponderatis hinc inde rationibus præferendam putamus illorum sententiam, qui non verbum *fugiendi* ex nomine *profugi* suppleant; sed *vociferandi* verbum ex præced.

cedd. repetunt, neqve *appositionem* inter *juvenca* *triennem* & *zoar* vel *Choronajim* statuunt; sed *juvenca* *triennem* referunt ad *clamantes* Moabitas, ita ut *ellipsis* particulae ם i. e. *sicut*, ante voces, *vitula* *triennis*, admittant atqve ita reddant: *Cor meum* ad (propter) *Moabum* *clamat* (quia) *profugi* *eius* usq; ad *Moab* (vociferantur, sicut) *juvenca* *triennis* scil. *vociferatur* i. *boat*, à *foetu* *fugata*. Nam (1.) *Ellipsis* *verbi* (h. l. *clamandi*) ex *præcedentibus*, præsertim *præcedente* *membro* vel *inciso* *repetendi*, non tantum in *Scripturis* *admodum* *frequens* est, Vid. *Glassii* *Philol.* s. l. 4. Tr. 2. Obs. 9. sed & h. l. *sensu* *satis* *commodo* *datur*, quippe quod *verbum* *etiam* *præcedd.* v. 3. & 4. *habetur*. (2.) *Ellipsis* *particule* ם (uti & ם, ך) non modò in *Scripturis* *perquam* *usitata* est, uti *suprà* *læpius* in *locis* *quoq;* *Isaianis*, *nuperqve* *ad* *locum* *Isaie* *præcedentem* c. 15, *Disp.* 6, §. 5, est *observatum*, sed & h. l. *ante* *voces*; *Juvenca* *triennis*, *facile* *commodeq;* *admittitur*, (3.) *locus* *quoqve* *parallelus* *Jerem.* 48. 34. *hanc* *interpretationem* & *ellipsis* *verbi* *vociferandi*, *ex* *præcedd.* *repetendi*, *tum* *particule* *similitudinis* *ante* *voces*; *juvenca* *triennis*, *omnino* *svadet*. Ita *verò* *Jeremias* l. c. *A* *clamore* *Cheschbonis* *usq;* *ad* *Eleale*, *usq;* *ad* *Jahaz* *dederunt* *vocem* *suam*; à *zoar* *usq;* *Choronajim* (sicut) *Juvenca* *triennis*. *Licet* *verò* *hæc* *quoqve* *paralleli* *verba* *Interpretibus* *non* *parum* *sint* *obscura*, *dum* (1) *nonnulli*, *ut* *Lutherus*, *particulam* ם *in* *prima* *versus* *voce* *נַפְּשׁוֹ* *reddunt* *propter*, *propter* *clamores* *Cheschbonis*, *von* *des* *Geschreies* *wegen* *zu* *Hesebon*; *Vulgatus* v. *de* *clamore*, *alii* à *clamore*. (2) *Verbum* *נַפְּשׁוֹ* i. e. *dederunt*, *dederunt* *vocem* *suam*, *non* *habet* *Nominativum*: *unde* *nesciunt*, *an* *nomen* *Moab* s. *Moabita* *ex* *præcedd.* *sit* *repetendum*; *an* *verò* *verbum* *illud* *per* *Ebraïsmum* *impersonaliter* i. *passivè* *reddendum*? (3) *Oratio* *hic*  
nimis

nimis est *conciſa*, ita ut nonnulla ſint ſupplenda, & ſpecialim (4) ipſæ voces parallelæ: à *Zoar* uſq; ad *Choronajim*, ſicut *vitula triennis*, non habent verbum nec adeo ſenſum. Quia tamen, quod ad (1) attinet, mox correlatum particulæ illius ſequitur, quod eſt *ו* i. e. *uſq; ad*, notans terminum ad quem, idemque *ו* in ſequenti ſtatim voce *וְצוֹר* i. e. à *Zoar* terminum à quo ſignificat, & quoad (2) facilè Nominativus *cives / incole*, urbium ſc. illarum, quæ h. l. nominantur, ſubintelligitur: porro quoad (3) *conciſa oratio* facilè ex contextu ſuppletur, eamque constructio vocum, ſi rectè attendatur, reddit clariorem; & ſpecialim (4) poſt voces parallelas, verbum (*dederunt vocem*) ex præcedente incifo eſt repetendum, proinde dubitandum non eſt, quin paralleli hujus apud Jeremiam verſus 34. paulò ante citati ſenſus ſit ſequens: *Inde à Cheſebbone clamorem edent* (incolæ fugientes, i. e. clamabunt ſuper vaſtationem urbium & continuabunt illum) *uſque ad Eleale*, & ab Eleale edent cives vocem ſuam ſc. ejulationis, *uſq; ad Jabaz*, & à Jahaz uſq; ad *Zoar*, & à *Zoar* (quò nonnulli etiam in tanto urbium Moabiticarum excidio fugient, edent vocem ejulationis) *uſq; ad Choronajim* ſicut *judenca triennis*, atque ita ab uno termino Moabitidis ad alterum vox ejulationis perſonabit reſonabitq; ſive (ut Jſaias ſeqv. v. 8. loquitur) *clamor terminos Moabi circumibit*. Ex illa v. paralleli verſus interpretatione ſic ſatis clareſcit, ſermonem ibi de clamore ſeu *voce ejulationis fugientium* Moabitarum eſſe, ex quo proinde noſtro huic Jſaiano lucem nonnullam cõneramur, qui verbum *clamandi* hîc ap. Jſaiam ex præcedd. eſſe repetendum huc uſq; probamus. Et hanc *parallelismi convenientiam* B. quoq; Varenius, qui ceteroq; diverſam hîc ſententiam fovet, diſſimulare neq; vit in Comment. Jſai part. 2. p. 75. fin. dum ait: *ſed & conveniret parallelismus Jerem. 48. 34. à Zoar ad Horonajim eſt bœtus validiſſimus*.

T

S. S.

§. 9. Porro etiam. (4.) *Antecedentia & Consequentia* nostræ favent interpretationi. *Antecedentia* enim ap. Isaiam non tantum versu 4. easdem civitates *Geshbon, Eleale & Jabaz*, ap. Jeremiam in versu parallelo 34. nominatas, tanquam super desolationem clamitantes, introducunt: sed & sæpiusculè & clarè satis §. 2. 3. & 4. verbo *clamandi & ejulandi* utuntur, quod adeo commodè etiam hic repetendum. Similiter & *Consequentia* ap. Isaiam de *siamore*, tanquam excidii Moabitici effectu, loquuntur, dum non tantum sequente membro quinti versus, qui notiter est, dicitur: *quia (in) ascensu Luchib cum fletu adscendet fletus, quia (in) via Choronajim clamorem fragoris boabum*: Sed & seqv. v. 8. (qui ceteroqui etiam rationes commiserationis Propheticae continuat), Isaias Jeremiae clamores continuos & à termino uno ad alterum circumeuntes prædicenti, rursus consonat dicens: *quia circumvisis clamor ille terminum Moab &c.* (5.) *Stante hac interpretatione* loci tam Isaiam quam Jeremiam, per *ellipsis* tum *verbi clamandi* ex proximè præced. repetendi, tum *particula similitudinis ficut*, cadunt cetera difficultates & contradictiones præced. §. 7. n. 4. & 5. memoratae, quæ ceteroqui responsionem redderent operosiores. Si enim objicitur (6.) quod apud Isaiam *Juvenca triennis* referatur ad civitatem *Zoar*; apud Jerem. verò ad Civitatem *Choronajim*, tunc pro tollenda contradictione non opus est aliis responsionibus longius paulò petitis, quod sc. ap. Jeremiam voces: *Juvenca triennis* post verba: *usq; ad Choronajim*, in fonte positæ, non sint *accusativi casus* & cum *Choronajim* construendæ h. m. à *Zoar usq; ad Choronajim juvencam triennem*; sed *Ablativi* ad præced. civitatem *Zoar* referendæ h. m. à *Zoar juvenca trienni usq; ad Choronajim*, quomodo & Lutherus locum reddit apud Jeremiam: *Don Zoar der dreijährigen Kuh bis gen Choronnim*; quomodo & in *Vulgata* nunc post emendatos à Sixto Codices apud Jerem. voces quæstionis in *ablativo* leguntur: *A Segor (Zoar) usq; ad Choronajim, vitula trienni*, adeoq; vitula triennis ad *Zoar* refertur, cui & Isaias tribuere videtur. Cum enim antehac legeretur: *à Segor usque ad Choronajim, vitulam concernentem*, plurimi existimarunt vitulam triennem spectare ad *Choronajim* non ad *Zoar*, ad quam ceteroqui apud Isaiam h. l. refertur, verba sunt *Santii* in *Comment. Isai. h. l. p. 172. conf. Christoph. à Castro* in *Comment. Jerem. p. 359*, sed facilius rectiusque ex jam dictis

dictis respondetur, contradictionem hic nullam esse, cum non Zoar apud Isaiam nec Choronajim, ap. Jeremiam dicantur vitula triennis, sed profugi Moabitæ utrobique perhibeantur vociferari sicut juvenca triennis, fugata, & quidem ap. Isaiam dicantur vociferari usq. ad Zoar sicut juvenca triennis, scilicet boare solet, & ap. Jeremiam à Zoar, (ad quam nonnulli Moabitæ fugiebant) retrò clamare usq. ad Choronajim, sicut juvenca triennis. Si ulterius (β) obijcitur, quod hic apud Isaiam terminus ad quem dicatur Zoar; ap. Jeremiam v. terminus ad quem statuatur Choronajim, à quò v. Zoar, tum ex data jam interpretatione de clamore, ad si militudine mboatatus juvencæ triennis edendo, iterum facilis est responsio: Scilicet nullam hic esse contradictionem, sed utrumq; diverso respectu esse verum. Nimirum profugi Moabitæ vociferantur usq. ad Zoar i.e. clamor illorum in fuga editus ipsos Moabitarum terminos & mare rubrum prætervolat & in Jhudæam usq. ad civitatem Zoar, ad quam fugiebant, personat, & rursus à civitate Zoar, quò fugiebant quidam, resonat clamor fugientium usq. ad Choronajim adeoq; à termino uno ad alterum (conf. seq. v. 8) hic clamor & tantus quidem circumibat, ut similis videretur boatui juvencæ triennis: Ubi obiter notamus, juxta Lutherum: Ihre Flüchtigen stehen von der dreißigjährigen Kuh bis gen Zoar/ terminum à quo esse juvencam triennem (per quam Lutherus, uti glossa ejus supra docuit, terram Moab intelligit) verum si versio isthæc Germanica obtineret, in fonte sic legendum esset: צוער עגלת שלישיה ער צוער בריחה מן עגלת שלישיה jam verò in fonte legitur ita: צוער עגלת שלישיה ער צוער בריחה מן עגלת שלישיה adeoq; vitula triennis non ante sed post Zoar legitur, nec particula מן (quæ significat à), in fonte apparet. Ergo vitula triennis non est terminus à quo, neque est terra Moab.

§. 10. Tandem (6) sententiæ nostræ accedit consensus aliquot præstantissimorum Interpretum. Ita enim D. Seb. Schmidius in Comment. Isai. h. l. p. 152. per vitulam, inquit, triennem videtur intellegere vitulam, quæ primum jecit sætum, ut serè tercio anno fieri solet, illa sætum primum vehementer amare solet, & si ab eo separatur aut fugatur, vehementer boare. Et ellipticus sermo est ita supplementus: quia profugi ejus vociferabuntur (repetendo verbum quod præcessit) usque ad Zoar, sicut vitula triennis fugata (ut similis reddantur



membra comparationis) vociferatur. Neque obstat, quod idem D. Smidius in Comment. de A. 1685. ad locum parallelum Jer. 48. 34. p. 837. diversam planè sententiam proponat, qua illis ipse accedit, qui appositionem inter vitulam triennem & Zoar vel Moab hic apud Isaiam statuunt, dum ita scribit: *Sed quid est vitula triennis? Communiter accipiunt pro vitula trienni. Hanc dicit D. Kimchi esse optimam & pingvem, talemque fuisse prius Moabum omnibus bonis abundantem. Alii de clamore accipiunt, quem ejusmodi vitula edit. Sic Trem. & Pise. quasi vitula triennis. Alii de urbe Choronajim sumunt, qua fuerit insignis præ reliquis. Nos de Moabo cum D. Kimchio accipimus, ET IN VOCATIVO VERTIMUS: O VITULA TRI.* MA h. e. Moabe. Moabi enim erant tum omnes urbes istæ. Vitula triennis autem non tantum adulta & bona est, sed & lasciva atque petulans &c. Hæc inquam ejusdem D. Schmidii sententia ap. Jeremiam de Anno 85. non obstat nobis, cum recentiore ejus expositionem apud Isaiam de Anno 1693. paulo antè laudatam veteri ap. Jeremiam derogare censeamus. Consentit quoque Sam. Bochartus de Animal. SS. p. 410. ubi dicit: *hæc interpretatio (pro fugi ejus clamabunt usque ad Zoar sicut vitula triennis) convenit cum loco parallelo Jerem. 48. 34. & cum natura bovis, qui μὲν γὰρ λέγειται ἐστὶν, magna & contenta vocis. Meminit autem Propbeta non maris sed femina, quia in solo hoc genere femina est vocalior, Aristot. histor. 4. sub fin. & ex eo etiam Junius 2. 51. & quidem triennis, qua acate vox prior, quia tum robur est firmior Plin. 7. 2. & 8. 45. Similiter Musculus in Comment. h. l. p. 257. fasius esse existimat, ut intelligamus, Vatem fugientes Moabitas (sc. clamantes) comparare vitula trienni à pascuis ad stabulum currenti & mugienti. Junius quoque & Tremellius juveneam triennem ad clamantes, quanquam paulò aliter, referunt, dum ita locum interpretantur: *animus meus (inquit strenuus Moabita) Moabum inelamabat (fugientes Moabitas revocabat) clausuras ejus (i. e. munitiones limitaneas, quibus tanquam vectibus regni aditus & exitus regionum præcluduntur) Zoharem usque quasi vitula triennis i. e. tam magna voce, contendo, ut mea vox ipsos Moabitarum terminos & lacum Asphalticem mortuum prætervolans, Judæam quoque perferret, qua terminatur Zohare: Imò ut popularium meorum profugientium animos confirmem, velut juvenca triennis, jago insueta & ferocior, graviore & vale**

valentiores edis boatus, ita & ego boos & velut incono. Quam tamen Junii & Tremellii versionem non in totum cum Glassio in Rhet. §. Tr. l. c. 11. sed in tantum probamus, in quod tantum scilicet nostram, quoad clamorem boatus juvenis triennis similem, deoque & ratione ellipsis particulae similitudinis suffragatur. Alias enim hypothesis de Oratore propheta non in propria persona clamante, sed in persona strenui Moabitarum inclamante, h. e. revocante fugientes Moabitas, supra jam §. 3. improbavimus. De ceteris, quae in illa interpretatione improbanda, conf. B. Varenii Comment. Isai. part. 2. p. 75. & 77.

§. 11. Stabilitam sic sententiam, quam praefereamus, nunc quoque illis occurrendum, quae obstare nobis deprehenduntur. Praeprimis autem Vareniana Interpretatio, §. 7. n. 6. relata, nostram jugulum petere videtur, quippe quia vocem quaestionis עגלה non per juveneam s. vitulam, sed per orbitam s. circum, & posteriorem עגלה ob regimen in Genitivo reddere videtur, ita ut Zoar non dicatur עגלה עגלה in casu recto, quod scilicet vitula sit triennis s. circum tertianus in Nominativo, sed in obliquo, nempe Genitivo nominetur civitas terminalis orbitae illius tertianae s. tractus circumcularis tertianus inter amnis, s. inter tres fluvios Jordanem, Jabocum & Arnonem; Germanice das Brunn-Seädlein des drei-Breites: Deinde & consilium hic Moabitis dari contendit de fuga ad Zoar, tanquam ad locum refugii in Iudaea, illoque consilio ad factum Loti Moabitarum Patris respici dicit, quo horrendum is Sodomae excidium effugiturus Zoarem fugit Gen. 19. Quare autem celeberrimi & incomparabilis Viri (cujus similem haec Academia non vidit) sententiae non subscribamus, rationes dare sequentes non dubitamus. Nam (i.) licet vox עגלה quae nobis aliisque interpretibus juveneam s. vitulam notat, a Lexicographis ab עגלה deducatur, quod rotundam veletiam circum vel orbitam significat; nullibi tamen vox quaestionis עגלה uti nec masculinum ejus עגלה orbitam s. circum sed juveneam s. vitulam, orbiculacim circumscilicet antem significat, uti patebit conferenti loca Gen. 15. 9. Deut. 21. 3. Judic. 14. pen. Jerem. 46. 20. Hof. 10. 5. Cur, ergo hic apud Isaiam & Jeremiam aliter vocem עגלה quam per juveneam s. vitulam interpretaremur? Quid? quod (2) tractus ille intera-

mnis, inter tres fluvios jam nominatos (qui regnum olim fuit Emoræum, vid. Num. 21. 24.) non est rotundus neque adeo circularis, sed oblongus, id quod tabularum inspectio probat. Et licet vox circuli hic pro *tractu* terræ sumatur, prout vulgò dicitur: Circulus inferioris Saxonie, Circulus Rostochien- sis; vox tamen עגלה non tractum, sed rotunditatem vi originis jam dictæ inferret. Imò & (3) si vel maximè vox quæstionis *circulum seu orbitam* inferret, sive à tribus his fluviis tractus ille tertianus (drei . Kreis) diceretur; talis tamen appellatio sive *circuli* illius *interamnis* s. *orbitæ tertianæ* s. *tractus tertiani*, ad civitatem Zoar nihil attineret, quippe quæ non in illo interamni circulo sive in tractu tertiano h. e. inter tres fluvios Jordanem, Jabocum & Arnonem, sed extra illum & trans Jordanem ad maris mortui latus occidentale, in finibus Judææ, cujus adeo (non verò Moabitidis) fuit terminalis civitas, quanquam non procul à circulo s. tractu illo interamni sita, reperitur. Nec (4) opus est, ut vocem שלישית in casu reddamus obliquo: *tertiani*, eo quod præcedens vox quæstionis עגלה status sit constructi pro עגלה quam Genitivus aliàs sequitur: Siquidem apud Ebræos etiam status constructus sive regimen aliquando datur in nominis substantivi constructione cum Adjectivo, uti Hagg. 1. 1. בשנת שתיים. *ie. in anno secundo*, Num. 5. 18. מי המרים i. e. *aque amara*. Unde & h. l. voces quæstionis שלישית i. e. *vitula tertii* scil. anni, non obstante constructo prioris status, tanquam Substantivum & Adjectivum reddi *vitula triennis* possunt: Nec (5) ipse B. Varenius significationem *Vitula* prorsus repudiare cupit, dum non tantum l. c. p. 76, ait: *Sed & ob stupend. im. latorum pascuorum segetumq; excellentiam* dici poterat vitula tertii sc. anni, sensu quo alibi Ægyptus dicitur *vitula pulcherrima* Jerem. 46. 20. Sed & seq. p. 77. n. 4. pergit: *in Eglab Schlischei ab primarie significatione* [qua scil. עגלה juxta illum notat orbitam s. Circulum] *insistimus; vitulam trimam secundariò non repudiamus*. Quod (6) ad *consilium*, de fuga exemplo Loti ad Zoar suscipienda, attinet, respond. (a) quod eidem parallelus reclaimer locus Jer. 48. 34. quippe qui non de fuga sed clamore Moabitarum loquitur, adeoq; svadet, ut non suppleamus h. l. verbum fugiendi; ex nomine ברירה i. e. *profugij eius*; sed potius ex proximè præcedente inciso verbum clamandi, uti supra §. 8. n. 3. ostensum (ß) Resp. quod etiam *contextus* illi consilio de

de fuga refragetur. Nam (1.) ut *generalia* præmittamus, contextus quidem parte secundâ hujus *Massa Moab*, quæ cap. seq. 16. habetur (ceu in fonte numeratur) consilium aliquod dare videtur, sive, ut ipse *B. Varenus* l. c. p. 81. loquitur, *sub forma consilii etiam nunc Moabitibus, si funus regni vel nunc antevertere penitentiam possent, præscripti incedit*; hic v. in parte 1. c. 15. nudè excidium ejusque tum objectum tum effectus scil. fugam & clamorem prædicat, conf. *supr. s. 2. Speciatim* verò (2) sequens etiam *nonus* repugnat *versus*, ubi *Propheta Moabitibus tamen vasoribus* i. e. profugis extra patriam, quàm *superstibus* in patria, *leonem* minatur *immittendum*. Quod si autem *Propheta* versu quinto (qui locus est *nofter*) consilium fugæ ad *Zoar Moabitibus* dedisset, sequente statim v. 9. jam citato sibi contradixisset, & præterea consilium fugæ frustratio vel frustra fuisset, cum versu illo 9. *evasioni* h. e. fugæ nullum esse locum prædicat, Præstat igitur verba hic non ut consilium de fuga accipere, sed tanquam rationem, quare cor *Propheta*, prævisio per speculum *Propheticum* tam horribili *Moabitibus* excidio & ejulatu, commiseratione affectum, ad vel propter *Moabum* vociferetur, interpretari: præstat quoq; verbum *voiferandi* ex proximè præced. repetere, quàm verbum *fugiendi* per modum imperativi ex nomine *ברוך* i. e. *projugi ejus*, supplere.

S. 12. Expeditâ sic pluribus quæstione præcipuâ de *Juvenca Trienni*, breviores jam lineas de quæstione IV. duce, mus; quid sibi scil. *ascensus Luchith* & *via Choronajim* velic? de quibus *Propheta* immediatè post hætenus exposita h. l. ita loquitur: *quia (in) ascensu Luchith in fletu adscendet, quia (in) via Choronajim clamorem contritionis boabunt*. Ad quam quæstionem responsuri, parallelum conferimus locum apud *Jerem. c. 48. v. 5.* ubi *Jeremias* eadem ferè, quæ *Isaias* h. l. habet, dicendo: *quia (in) ascensu Luchith cum fletu ascendet fletus, quia (in) descensu Choronajim hostes clamorem contritionis audiverunt*. Exinde enim colligimus, duas fuisse publicas in terra *Moab* vias, sibi quasi adversas, alteram per clivum in *Luchith* tendentem, qua adscendebant; alteram verò per demissum planè locum in *Choronajim*, qua descendebant. Utrum v. per viam *Luchith* ascensum sit *Aquilonem* versus in *Chaldæam*, uti *Hieronymus* & alii statuunt, referente *Christophoro de Castro*, *Comment. in Jerem. c. 48. s. p. 353. an* verò ascensus *Luchith* spectaverit *Jhudæam*

dam, ita ut via Choroahim sit ex adverso, seu alii centent  
 an denique Meridionalem Moabitidis partem, versus torrentem  
 Zared respexerit, per quam in Edomæam itur, prout in no-  
 va quadam terræ S. tabula *ascensus Luchib* locatur, definire non  
 valemus, accuratâ veteri Geographia destituti. Per utramque  
 autem viam fugientes Moabitas cum fletu & ejulatu ituros esse,  
 uterque Propheta hic vaticinatur. Quæritur autem, quomo-  
 do hæc verba de *sterni ascendentium* &c. cum præcedente mem-  
 bro, de profugorum clamore usque ad Zoar, cohæreant? B.  
 Varenius l. c. p. 77. censet, dari his verbis *rationem consilii* Pro-  
 phetici, de fuga ad Zoar, quare scil. Isaias palantibus Moabitis  
 non aliud itinerarium suadeat: scilicet, quia exitus reliqui  
 essent præclusi, lacrymosi, cædibus infesti. Nobis ve-  
 rô, qui consilium fugæ ad Zoar ex rationibus paulo antè lauda-  
 tis hic non agnoscimus, videtur potius his verbis continua-  
 ri sive *ratio commiserationis* & clamoris *Prophetici*, miserabile  
 excidium & ejulatus Moabitarum prævidentis, sive continuari  
*effectus excidii recensio*, ita ut *וְיָדָעוּ* quia, hic sit explicationis, per ET  
 vertendum, uti nobiscum censet D. Seb. Schmid. Comment. Isai.  
 h. l. Sed abrupte hic tenemur, spatio paginarum exclusi.

§. 13. Proinde & quæstionem V. sequente Disp. resolvendam,  
 hic præterimus. Ad usum loci jam expositi quod attinet, in Theo-  
 logia controversa is nullus est, imò & in morali satis exiguus.  
 Colligitur verò hinc (1.) quod *commiseratio etiam impiis & bo-*  
*stibus in interitu sit contestanda.* Siquidem Isaias in speculo hic  
 Prophetico Moabitarum, populi Dei hostium, dolores & clamores  
 prævidens affectu illo tantopere tangitur, ut dicat: *Cor meum*  
*ad* (propter) *Moabum clamat.* Animus enim quò nobilior, eò  
 magis ad affectum misericordiæ est proclivis (2.) quod *fuga in*  
*bello ad cetera quidem sit licita*, uti Moabitis sive ad Zoar sive  
 aliorum hic fugientibus; cavendum tamen publicis est personis,  
 qui *velles* h. e. primores sive Eccl. s. Reip. sunt, quales *profugi*  
 Moabitæ (*כְּרִיחָה* quod alii reddunt *velles ejus*) esse potuerunt,  
 ne fugâ privatam quærentes salutem, publicum Eccl. s. Reip.  
 bonum postponant (3.) quod, quia dolor, fuga & clamor sunt  
 bellorum effectus, Deus *propace humiliter rogandus & peccata*  
*simul Moabitica sint fugienda*, quibus ad iram & bella  
 nobis immittenda Deus provocatur.

Reverendo, Clarissimo & Eruditissimo  
DN. M. LAURENTIO JETSENI/  
De JUVENCA TRIENNI ex MASSA MOAB;  
Inter alia Virtutis, constantiae atq; industriae specimina,  
publicitus disputaturo  
FELICITER!

**D**um Tibi de clamore Moab trimaque Juvenca,  
Deque Zoar Loti differuisse lubet,  
Non possum, quin calcas abhinc, Reverende Vir. addam,  
Laudibus & Studium prosequar hisce Tuum:  
Haecenus exercent Te fata satisq; resistunt,  
Quò minus heu! fructus hinc alibi ve metas;  
Sed confide! Valens tandem generosaq; Vitis  
(Qualem Te scio, quod Nomina resq; probant)  
Flexibus autumnum perpulchris tempore surget,  
Ac fructum succo nobiliore dabit.  
Interea mirè-patientia pectora grator  
Et quae Virtutis das documenta pia.  
Det DEUS adversis finem funemq; cavillis,  
Ut validam vitem Te meritumque colant,  
Sisq; Lutherani peritesq; Parastata coetus,  
Cui lucere magis post mala tanta meres:  
Nec moveare Moabitico (quem rideo) fastu,  
Ast humilis, constans cuncta piusque teras.

† M. Laurentius Jetse:  
Valens Vitis meret.

LM<sup>g</sup>  
A. D. HABICHHORST, D

**E**rgo Moabitidis cladem Vitulamque triennem  
Scribitis & Zoarem, nec nisi magna placent,  
Magna

*Magna decent magnos, hæc gr̄ ator utriqve, precatus  
Vester utrinqve ferat commoda magna labor.  
Præcipuè magnos voveo Tibi, JETZE, Patronos,  
Ex merito qui mox Te studiumqve beent.*

Et Summè Rev. Dn. Præsidi & Præ-  
clarissimo Dn. Respondentiaffurgit

*LMq̄*

JOHANNES MAURITIUS POLTZIUS,  
SS. Theol. D. & ad S. Joh. Past.  
& Rev. Min. Senior.


**E**st Moab ex natâ, quæ rem cum Patre peregit, *Gen 19. 17*  
Vox tæsis infamis, quæ melefacta refert.  
Est mundus similis Moabo, confusa notando,  
Dum mala mixta bonis, dum bona mixta malis.  
Hactenus &, JETZI, Te mundi forsque favorque  
In diversa trahit sive nocere cupit.  
Scilicet est fallax mundus sine lege pererrans,  
Errat & in mundo, qui meliora sapit.  
Dum sic per mundum variè peccatur utrinq;  
Macte tamen fidei rebus, *Amice*, Tuis.  
Laudo bonum cceptum, quò sic versatus in arte  
Scripta DEI tractas, quæ mala quæq; levant.  
Illa Tibi lucem faciant & porrò levamen,  
Atq; DEUS tandem mutet acerba benè.

*Ita benè precatur Vero plurimum Reverendo atq;  
Clarissimo Dn. M. Respondenti, Amico suo optimo*


JOACHIMUS OTTO, Rect. Sch. Rost.

**Q**ualiter excidium dederint peccata Moabo,  
Egregiis scriptò & voce docere placet.  
Quin placeat Doctis opus hoc, dubitatione nulla est:  
Comprecor, ut studiis porro placere queas.  
Ità Præclarissimo Dno. Respondenti applaud.  
JOH. Grosche Sch. Rost. ConR.

1700







Reverendo, Clarissimo & Eruditissimo  
DN. M. LAURENTIO JESSE  
De JUVENCA TRIENNI ex MASSA  
Inter alia Virtutis, constantiae atq; industriae  
publicitus disputaturo  
FELICITER!

**D**um Tibi de clamore Moab trimaq;  
Deq; Zoar Loti differuisse luctum  
Non possum, quin calcar abhinc, Reverentissimi  
Laudibus & Studium prosequar hisce  
Hactenus exercent Te fata satisq; resistit  
Quò minus heu! fructus hinc alibi veniunt  
Sed confide! Valens tandem generosaq;  
(Qualem Te scio, quod Nomina  
Flexibus autumnum perpulchris tempore)  
Ac fructum succo nobiliore dabit.  
Interea mirè-patientia pectora grator  
Et quae Virtutis das documenta pi  
Det DEUS adversis finem funemq; cari  
Ut validam vitem Te meritoriumque co  
Sisq; Lutherani perstesq; Parastata coe  
Cui lucere magis post mala tanta m  
Nec moveare Moabitico (quem rideo).  
Ast humilis, constans caneta piusq;

† M. Laurentius Jesse;  
Valens Vitis meret.

A. D.

**E**rgo Moabitudis cladem Vitulan  
Scribitis & Zoarem, nec nisi n




Image Engineering Scan Reference Chart, TE263 Serial No. 06A